Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bonum pro pauperibus Aliqui
capiunt uvas passas ficus se-
besten iuiubas capil. ve. timo
bulliant et fiat colatura Item
virtus huius proprietate in epi. Vn
suspendatur collo pacientis quer-
cinus et valet Item detur illis in
potu et cibis et valet quia est
subtiliativus attractivus res-
lutivus materie grosse a qua dependet
talis passio vnde a profundo at-
trahit materias grossas et viscosas
Item valet in apostematibus duris dis-
soluendis et mollificandis vbi
misceatur cum cera et calce et
fiat vnguentum.

Vitis e res nota. Nota
quod due sunt species scilicet
silvestris et domestica
Silvestris secundum dyascoridem est plata
cuius rami protenduntur in valde
longum et assimilantur ramis
vitis domestice, et cortex eius
faciliter removetur et habet folia si-
milia folys platani. Domestica
vero folia sunt minora et pro-
ducit florem Nota quod silvestris
cum folys suis potest frigi. et sicc.
complexionis Nota quod fructus eius
et folia sunt satis abstersiva re-
mouent lentigines serpigine
et etiam cutis defedationem Item
flores exiccati sunt abstersivi
et confortativi stomachi. Vnde quidam
florescunt tunc colligunt flores
et reponunt in umbra et ex-
iccantur Item illi flores valent
restringunt et abscindunt flux-
um sanguinis Emplastrum ex flore
mixta melle et oleo valet in
scabie vlcerosa et valet in fluxu
sefluo … Item emplastrum factum
ex flore valet in flate oculi et

in eius tumefactione, et quando ille
flos exiccatur et comburitur valet
in passionibus oculorum quod abstergit
et exiccat Item ille pulvis valet
in fluxu san. quocunque et ille
cinis valet ad restringendum quod re-
stringit et exiccat. Item succus
vitis agrestis est nigri coloris
et quando assumitur confert stomacho ad que
fluunt materie. et illud vinum habet
stipticitatem et confortare Item pulvis
floris confortat gingivas a quibus
fluit sanguis, et ille flos qui
colligitur ex vite silvestri vocatur
labrusca quo medici multum
vtuntur et folia illius habent
in superficie vnam intrositate
ratione cuius fit abstersio

Vitis domestica est satis
nota et quedam est culta
et quedam inculta Culta
assimilatur in operibus viti silvestri
verumtamen debilior est Item succus
foliorum competit habentibus vlcera
in intestinis et potest dari in via
potus et etiam confert spuenti sangui-
nem, et competit ardori stomachi scilicet
oris quod abstergit et infrigidat et
exiccat Item valet in mulieribus
pregnantibus habentibus appetitum abiectum
et huiusmodi res malas in stomacho, quia
reprimit eas Item aqua vitis est
est abstersiva. Vnde mulieres deco-
rant se cum ista aqua quod dealbat
et abstergit maculas

Vitis alba que alio nomine
sepile appellatur cuius
folia assimilantur folys vitis
domestice. Verum folia sunt mi-
nora et habent scissiones maiores
et asperitatem quandam quod adherent
cum applicantur, et habet ramos